

I. N. J.

DISPOSITIONES HOMILETICÆ,

In Textus Sacros pie tractandos.

Cum

Augustissimum olim ac Invictissimum, jam

in Cœlis Beatissimum,

Regem

CAROLUM UNDECIMUM;

Svecorum, Gothorum Vandalorumqve Re-

gem, Magnum Ducem Finlandiæ; Ducem Scaniæ, Æsthoniæ, Li-

voniæ, Careliæ, Bremæ, Verdæ, Stetini - Pomeraniæ, Cassubiz, & Ven-

daliz; Principem Rugiæ; Dominum Ingridiæ, & Vismariæ: Nec non

Palatinum Comitum ad Rhenum, Bavariz, Juliaci, Cliviz,

& Montium Ducem, &c.

Regem ac Dominum Optimum, Clementissimum, Felicissimum; si-

bi & toti orbi Christiano, morte immiti ereptum, publico luctu ac

religiosa lamentatione, in sancto veræ poenitentiz desiderio, om-

nnes ac singuli totius Regni Sveo-Gothici Incolæ

mostissimi deplorarent.

A. d. 20. Augusti, Anno M. DC. | XC. VII.

Conc. I.



Arasc. Rom. 15. v. 5, 6. pio suspirio luctuosissimam hanc solennitatem inchoamus (1.), *Deum omnis solutii fontem agnoscendo: Men Gud som Tolamod och Trösten gifver: Juxta Græc. & Luth. DEUM a. patientiæ & consolationis.* Is solus est, qui pios & fideles efficaciter ac in-time per Spiritum suum Sanctum, Paracletum nostrum, Joh. 14. v. 16. in verbo consolatur, Rom. 15. v. 4, ac cordibus nostris patientiam & spem in-fundit,

A

H. J. Pastor Nic.

fundit, Rom. 5. v. 3-5 & 15. v. 13. (2.) *Concordem Imitationem Jesu expe-
tendo; gisve Eder / ex omnipotenti gratia sua, Eph. 1. v. 19. & 3. v. 7. 20.
nam & illi qui inter robustos habebantur, Rom 15. v. 1 sine Dei dono & o-
pe nihil valebant, 2. Cor. 3. v. 5, 6. at Jæren inbörtes ens til sinnes. Agit id
Apost. integris cap. 14. & 15. ad Rom. ut omnem dissensum, etiam circa
Adiaphora, tolleret, ac ut omnes fruereutur pace & gaudio spiritali, Rom:
14. v. 17-19. quod & alibi sollicitè inculcat; Eph. 4. v. 2, 3. Phil. 2. v. 2, 4.
& 3. v. 16. conf. 1. Pet. 3. v. 8. 1. Joh. 3. v. 23. ideo omnia cogitata,
dicta & facta sua, secundum voluntatem Christi dirigerent, Rom. 12:
v. 2. Eph. 5. v. 20. 1. Joh. 2. v. 6. in quibusvis quoque malis, inhyrdes ens
til sinnes est r Christum JESUM; Patientiæ quippe exemplum summum,
& nobis semper imitandum, Christum proponit, Rom. 15. v. 3. idq; no-
bis in consolationem & fiduciam, jam antea in Vet. Test. descriptum
esse docet v. 4. Ad hujus tam admirandæ patientiæ contemplationem,
certe non inanem, nos ipse ducit Magister, Matth. 11. v. 29, 30. Urgent-
que eandem Apostolorum singuli; Petrus, 1. Pet. 2. v. 21-23. Johannes,
1. Joh. 3. v. 16. Apoc. 1. v. 9. & 14. v. 12. Jacobus, Jac. 5. v. 11. Judas
Lebæus Judæ. v. 3, 4, 17, 20. frequentissimè a. Paulus, Rom. 8. v. 28, 29.
Phil. 2. v. 6. seqq. Col. 3. v. 10, 12. Heb. 11. v. 1, 2, 3. &c. (3.)
DEUM mente ac ore uno celebrando. At med enim hog och
med enim mun / etc. Ut in unitate fidei, nec animo diversum sentirent,
Act. 4. v. 32. nec sermone discreparent, 1. Cor. 1. v. 10. Sed tam robusti
quam infirmi, Rom. 14. v. 18. eo contenderent, ut junctis votis & vocibus
celebretur Deus ac Domini nostri Jesu Christi Pater, Eph. 5. v. 19, 20. 2. Thess.
1. v. 11, 12. etiam in calamitatibus & afflictionibus, quas ex voluntate ejus
paterentur, Phil. 1. v. 20.*

Hoc dicto Apostolico animos nostros hodie erigere convenit, cum ju-
re meritoque exanimos fere nos reddat atrocissimus luctus, dum acerbis-
sima recordatione cogitamus diem 5. Aprilis hujus anni, quo obitu qui-
dem omnimodò beato, sed nobis funestissimo, a nobis discessit **POTENTIS-
SIMUS ac SERENISSIMUS REX CAROLUS**, Suecorum, Gortho-
rum, Vandalorumq; Rex, & Princeps Hereditarius; Magnus Dux Fin-
landia, Dux Scania, Æstthonia, Livonia, Carelia, Brema, Verda, Ste-
tini, Pomerania, Cassubia, & Vendalia; Princeps Rugia; Dominus
Ingria & Wismaria: Nec non Palatinus Comes ad Rhenum, Ba-
varia, Juliaci, Cluvia & Montium Dux, Rex ac Dominus noster

cum viveret clementissimus, justissimus, invictissimus; Jacturam passi sumus magnam, & quo magis eam consideramus, eo majorem deprehendimus, Imo vere maximam mox contrito corde & ore queribundo fateamur. Confugiamus itaque ad Deum Domini nostri JESU CHRISTI Patrem, Deum patientia & consolationis, Patrem misericordiarum & omnis consolationis Deum, 2. Cor. 1. v. 3. Vivendo cum Apostolo, 2. Thess. 2. v. 16, 17. Etiam in deploratissimo hocce casu animos nostros secundum Christum JESUM componamus. Multorum diversa cogitata tam triste fatum excitat, aliis divinam impie criminantibus providentiam, aliis hujus illiusve remedii neglectum conquerentibus, aliis alia proterve effluentibus; Verum apud omnes obtineat monitum Pauli: Secundum JESUM CHRISTUM sentiamus. Is divinum dedit patientia exemplum, Patri sui sanctissime se subiciens voluntati, jam per Davidem illi perficienda se offerens, Psal. 40. v. 8. & in atrocissima passione ter repetens; Non mea O Pater sed tua fiat voluntas, Matth. 26. v. 39, 42, 44, &c. Certe in gravissimo obitum OPTIMI REGIS dolore, & quia gravior esse nequit, in illo tamen jam per plura funesta mala multiplicato, nihil efficacius nos ad patientiam & consolationem ducere valet, quam Filii Dei Verba & exemplum, secundum utrumq; itaq; item sentiamus omnes, Phil. 2. v. 5. sic unanimiter unog; ore Deum celebremus; qui in omnibus suis viis justus est, & sanctus in omnibus suis operibus, Psal. 145. v. 17. add. Jer. 10. v. 6, 7. & 32. v. 17, 18, 19. Eph. 3. v. 20. 21, &c. Itaque Salvatoris nostri oratione unanimes ore uno Deum invocemus: ut hic solennis luctus & penitentia dies in Ejus laudem & nostram salutem vergat.

TEXT, I, Maccab, cap, IX. v. 20, 21.

EXord. Psal. 47. Ultima verba, v. 10. ita juxta text. Davidicum sonant: *DEI sunt clypei terræ; valde est elevatus super eosdem: Jordanes & Jorðer hōra HERRanom til; han ar fast uphōgd östver them ubi* (1.) *Quinam per clypeos terræ intelliguntur? Videlicet Imperantes; qui sunt protectores populi, Eccles. 5. v. 7. Rom. 13. v. 3, 4. Sic Hof 4. v. 18. theras Herrat / est in Hebr. clypei eorum, exponitur m. optime in textu, de Juda, quod Israëlēm protexerat & liberaverat; quo defensionis sensu, Deus ipse vocatur piorum clypeus: Gen. 15. v. 1. Deut. 33. v. 29. Psal. 3. v. 3. & 5. v. 12. quod & de verbo ejus dicitur, Prov. 30. v. 5. conf. Eph 6. v. 16.* (2.) *Quid de iis predicatur? Dei sunt, Deus illos peculiari ratione sibi appropriat, Prov. & v. 15, 16. hinc ipse se vocat Dominum Dominantium,*

Deut. 10. v. 17. &c. curam illorum singularem habet, eos protegendo, 1. Sam. 26. v. 9, 11. juvando, Psal. 20. v. 7. & 28. v. 8. dirigendo, Prov. 21. v. 1. Esai. 60. v. 3. (3.) *Qua ab illis ad Deum resultat gloria? Deus etiam super eos valde exaltatus est: Quantumvis magnifice de illis sentiamus, tamen longe super illos exaltabimus Dominum DEum nostrum, Psal. 95. v. 3. & 97. v. 9. & 145. v. 3. Dan. 4. v. 31, 32. 1. Tim. 1. v. 17.*

Rex ac Dominus noster Clementissimus, jam in Caelis beatissimus, vere erat Clypeus Regnorum suorum: tempore belli, ipse prima in acie stetit ac cuncta ordinando, exercitum, clypei instar in defensionem collocavit subditorum suorum; pacem, Deo benedicente, felicissime patriæ restituit, & hac durante per Dei gratiam, ut Clypeus tot inimicorum machinantium tela, saluberrime avertit. Sub hoc clypeo primum per XV. ac nunc per XIX. fere annos, alta pace viximus; Isto a. dono vere Divino, non digne satis sumus usi, quare Deus jam clypeum abstulit, multisq; modis nos denudavit, devoto a. pectore Deum Patrem & Dominum nostrum JESUM imploremus, sit ipse porro Clypeus noster. Psal. 18. v. 3, 4. & 28. v. 7. & 33. v. 20. Dei erat Rex noster beatiss; hinc Symbolum suæ Reg. Majestatis in moneta aurea pariter & argentea expressum: Dominus protector meus. Hoc in tot periculis, inq; gravissimis casibus suavissime expertus est, & agnovit Rex optimus cum Davide; Psal. 119. v. 114. neque Deum Ter opt. Max. quisquam vel imperantium vel parentium magis extollere valebat, quam id egit Rex in terris dum viveret incomparabilis. Merito itaque discessum laugeamus, & ex textu perpendamus;

LUCTUM POPULI DEI OB AMISSUM CLYPEUM SUUM.

Votum Psal. 89. v. 19. & 118. v. 24.

Quamquam Liber Biblicus, unde hic textus delumptus est, *Apocryphis* annumeratur, inter illos tamen insigni est in pretio, unde beatus Luth. eum dignum censet annumerari Canonicis, vide præfat. ejus ad Lib. 1. & ad Lib. 11. diserte ait: *Så wål som then första Woten funde hafwa wordet intagen i taler ibland the helga Strifz-Wöcker / så wero sthndt är then andra Woten ther utkastat.* Quod a. jam tractamus, in illo primo, fide historica indubitate narratur: Luctus sc. Israelitarum, de Judæ Ducis sui obitu: et lugentium verba; Hinc observa:

I. QUALIS FUIT LUCTUS POPULI ISRAELITICI OB MORTEM DUCIS JUDÆ; Describitur a. quod fuit, (a) *Apud Israelitas, luctus Universalis, v. 20. Och alle Israels Folek: Israelitz, qui svalu Sacerdotis Mathithæ patris Judæ Maccabæi & hujus ductu, 1. Maccab. 2. v. 1, 5. & 3. v. 1-5. conkantes, sub persecutionibus ab Antiocho utroq; Epiphane* sell. &

fell. & Eupatore, nec non Demetrio Regibus, ac a ducibus exercituum
 ab iis missorum continuatis, perseveranter Judaica Religioni adherebant,
 quamquam post obitum Judæ erant dispersi, & tam vi hostium quam
 metu penitus subacti; vehementer nunc dolebant Optimi Ducis obitum,
 eodem sensu dicuntur *månge af Israels Solck* / 1. Macc. 1: v. 65. *soor
 Hoop* / C. 2. v. 42. & ut hic *alt Israels Solck* / C. 4: v. 59. ac in simili
 luctus descriptione, C. 1: v. 26. *hela Israel* / v. 28. *hela landet* / v. 29.
hela Jacobs Huus / etc. (B) *Luctus diuturnus*; *J lāngan Tid*: De
 tempore luctus privati vel publici apud Israelitas, multa hic dici possunt:
 Id certo constat vehementioris planctus ordinarium tempus fuisse septem
 dierum, Gen 50: v. 10, 11, 1. Sam. 31: v. 13. Judith 16: v. 29. quod etiam
 innuitur Syrac. 22: v. 13. In funeribus a. Virorum Magnorum, extende-
 batur ploratus ille, ad 30. dies, Num. 20: v. 29. Deut. 34: v. 8. etiam in
 luctu parentum, Deut. 21: v. 13. apud Ægyptios ad 70. dies, Gen. 50: v.
 3, 4. per integrum vero annum habitu lugubri aliisque modis dolorem
 suum significabant. Verum cum hic dicitur, totum Israel plorasse
ἡμέρας πολλάς, per multos dies, patet quod ultra 30. dies aliàs consuetos,
 solennis ille planctus duraverit. NB. 1. Macc. 13: v. 26. (γ) *Luctus vehe-*
mentissimus. Scilicet gravissima passi fuere Israëlitarum ab Antiocho, 1. Macc.
 1: v. 21-42. & ejus in imperio successoribus. Pro lege a. & populo Judas
 Maccabæus feliciter pugnavit, C. 3: v. 1-9. cui reliquæ gentis Israeliticæ se
 adjunxerunt, repressit sic, DEo illum confortante, vim illatam à belli Du-
 cibus Apollonio, C. 3: v. 10. Serone, C. 3: v. 13. Gorgia, C. 4: v. 1. Ly-
 sia, C. 4: v. 28. Timotheo, C. 5: v. 11, 37. ab ipso Rege Antiocho Eu-
 patore, C. 6: v. 28. à Nicanore duce exercitus sub Demetrio Rege, C.
 7: v. 27, 39. hos omnes felicibus præliis superavit; tunc Demetrius reno-
 vaturus bellum per Bacchidem, eligit peditum exercitativissimorum XX.
 millia & equitum duo millia, Judæ v. Maccabæi exercitus tantum tri-
 bus constabat millibus, quorum pars maxima hostium copiis perterri-
 ta, aufugit, apud eum octingentis tantum relictis, C. 9: v. 1-6. hos pu-
 gnantem dissuadentes hortatur adversus periculum v. 7-10. hostesq; fortiter ag-
 greditur, & alam eorum dextram repellit, toto a. exercitui hostili de-
 mum circumfusus, diu pugnando lassus occumbit, fugientibus etiam
 paucis illis, qui eousq; cum eo steterunt. v. 13-18. Tam strenuo ac vi-
 ctorioso propugnatore amisso, rebusq; & viribus Israelitarum attritis,
 & tantum non penitus confectis, acerbissimus obortus est apud illos
 luctus; tum propter merita Tanti Herois, tum propter periculum ul-

timum, in quod coniecti erant; Doloris à. vehementia pluribus verbis, in Græco exprimitur; ἐκλαυσεν αὐτὸν *deslexerunt eum*: (Quod in vers. Luth. item in Svet. & Fenn. omitt.) *begreio honom* / idem verbum Matth. 2: v. 18. Marc. 16: v. 10. &c. Ἐκόψαντο αὐτὸν κοπεῖον μέγαν, *planxerunt cum planctu magno, semrade sig ofwer honom med stoor* *Behflagan*. Conf. 1. Macc. 2: v. 69. occurrunt ista vocabula, Matth. 24: v. 30. Luc. 8: v. 52. & 23: v. 27. Act. 8: v. 2. &c. Porro: καὶ ἐπένησαν ἡμέρας πολλὰς, *plonaverunt dies multos*, idem verbum Luc. 6: v. 25. 2. Cor. 12: v. 21. Jac. 4: v. 9. &c.

Miserabilem audivimus Israelitarum luctum, sed & nos ora & pe-
ctora in lamentationes solvamus, ob tristissimum *Regis Clementissimi*
& *desideratissimi* obitum: Sit planctus hic *universalis*, non modo per
omnes regni Sveo-Gothici terras late patentes, sed *totus Dei nostri Israel*,
Gal. 6: v. 16. h. e. universa Ecclesia Evangelico-Lutherana, casum hunc
lugeat. Notum est, quod cum. B. Gust. Adolpho benedictæ memoriæ Re-
gi, solennia funebria præstita essent, hic Textus luctui publico accommo-
datissimus censeretur, etiam propter hanc causam, quod *Heros ille Magnus*,
sele, eorum potentia qui religionem Pontificiam toti Germaniæ obtrude-
re cupiebant, opponens, gloriose occubuerit; Ita B. Rex CAROLUS
XI. *recordationis gloriosiss.* à Deo in defensionem fidei Evangelicæ
suo tempore constitutus erat; Quod quamquam in bellis extra patriam
post pacem Olnabrugæ-Monasteriensem non erat necessum, ut tamen
Instrumentum pacis, tunc formatum in suo esset vigore, ac confessorii-
bus Evangelii etiam in exteris sua esset libertas, Rex CAROLUS XI.
Religionis veræ amantissimus, consiliis & armorum Svecicorum, Divina
benedicente gratia, per Eum inclutorum fama, in aulis & animis poten-
tissimorum in Europa, multum effectit; Imo *Sacra Ejus Majestas* pro-
curando Anno 1679. pacem Neomagiensem, haud parum priores de pace
Evangelicorum in Germania tractatus firmavit, ac sub ipsius morbi quo
demum vitam in terris gloriosiss. finivit, doloribus, de pace Europæ re-
stituenda, quam maxime cogitavit. Merito itaq; totus Israel, h. e. Om-
nis Ecclesia Evangelico-Lutherana obitum *Tanti Regis universum*
plangit; sed & *diuturnus* sit hic luctus, cum per ætatem & vivendi ra-
tionem regularem, longam adhuc annorum seriem, juxta Psal. 90: v. 10.
& 91: v. 14-16. *S. Ejus Majestati* cum veneratione providentiæ Divinæ,

polliceri!

polliteri nos posse existimavimus: Ita ad tot annos, quot vivere potuisset *Rex Optimus*, durabit merito luctus, dum recogitamus, quanta inde nobis, toti Patriæ, imo universo Orbi Christiano obvenissent commoda & bona, si DEUS per illud tempus *Tantum clypeum* superstitem nobis esse voluisset. *Acerbus* itidem luctus hic sit, cum & durissima apud nos tempora cogitamus, quibus leniendis curam & operam *Rex Clementiss.* impenderat: Et turbatas in Europa res consideramus, quibus medendis jam manum admovebat. Translatus a, est Rex desideratissimus ad æternam requiem, in miseris & turbis relicto orbe Europæo. Audiamus porro,

II. *QUÆ FUERE IN SOLENNI LUCTU ISRAELITARUM PLORANTIUM VERBA:* *Uch* at *Hielten* etc. Non dubitandum, quin fuerint prolixiora, cum & res gestæ Judæ Maccabæi & status populi miserimus, uberrimam subministraverint Threnorum materiam: Inde prompte colligere licet, quod verba v. 21. initium fuerint Threnodiæ longioris tunc decantatæ, Conf. Jer. 22: v. 18. in illis a. hic notatis, occurrunt, (α) *Exclamatio plangentium*, *Uch*; in gravi luctu usitatissima, illam exprimente doloris vehementia, Exod. 32: v. 31. Numer. 12: v. 11. Josuæ 7: v. 7, 8. Judic. 11: v. 35. &c. (β) *Judæ Encomium*, *Hielten* / est in Gr. ὁ δὲ ἰουδαῖος, θεὸν μέγατερον / ita jure optimo celebrant Judam NB. 1. Macc. 2: v. 66. & 3. v. 3, 4. potens erat & heros, *Tum fide & fiducia in DEUM*, ut ista in Abrahamo Laudatur Fortitudo Rom. 4: v. 20. Conspicua a. erat hæc in Judæ Maccabæo, 1. Macc. 3: v. 18. & 4: v. 10, 11, 30. & 7: v. 41. 42. *Tum magnanimitate singulari*, monstrata verbis pariter C. 3: v. 58-60. & 4: v. 8. NB. C. 9: v. 10 & operibus, hisq; & in restauratione cultus sacri 1. Macc. 4: v. 36-59. & in hostium propulatione; Magna etenim fortitudine devicit Apollonium, ejusq; gladium postea gerebat, 1. Macc. 3: v. 11, 12. ac victoriis plurimis insignem? herois incomparabilis gloriam sortitus est C. 2: v. 4. (γ) *Ipsè obitus*, ἢρ fallen / πῶς ἐπεσε, *quomodo cecidit* Quam tristi & funesto casu obiit? De morte Judæ Antiquitatum Judæicarum scriptores asserunt, eum cecidisse non inultum, nec tam ex vulneribus, quam ex pugnandi cadendiq; labore & lassitudine; Cessit sic victoria Bacchidi, non cruenta solum, sed etiam pudenda. Cum XX. milibus, octingenti viri non solum totum diem resisterint, sed robur ipsum exercitus contriverint, fuderint, fugarint, & cælum Ducem suum, incolumes è prælio sui fratres abstulerint. Sunt qui existimant Judam Maccabæum mortem hanc sibi attraxisse præmaturam, foedere cum Romanis iuncto

inito, quod illi iniquum censent, utpote cum gentilibus factum, 1. Maccab. 8: v. 17. *seq.* Verum ut non facile damnari potest illud foedus, in extremo necessitatis casu, cum infidelibus contra infideles, sine religionis Israeliticæ periculo pactum (*Vid. B. Calov. Bibl. Illust. ad 1. Maccab. 8: v. 27. & Cornel. a. Lapid. ad v. 17.*) ita abstinentum est a temerariis ejusmodi judiciis de Tantorum meritorum & Virtutum viris; Veneremus in talibus DEI manum, quæ sæpe ex imperferutabili ejus judicio, plagam plagæ superaddit, Jer. 45: v. 3. Ac cum fuga vitæ suæ consulere Judas potuerit, 1. Maccab. 9: v. 9, 10. tamen, justis copiis licet destitutus esset, mortem hanc gloriosam in suo opere & exercit. sustinuit. Mors itaq; hæc instar triumphi fuit & tot victoriarum trophæi, 1. Maccab. 9: v. 10. (d) *Summa rerum ab eo gestarum.* Som Israel beskyddat och frälsat hafwer. Hoc felicitis Clypei opus erat maximum, inter plurima quæ præstitit, ut mox v. 22. additur. Hoc Elogio non derogant quidquam Divinæ gloriæ, ipsi quippe cum Juda fatebantur, DEum unicum esse Israelis auxiliatorem 1. Maccab. 4: v. 11. Conf. Psal. 61: v. 6. & 74: v. 12. Jerem. 14: v. 8. illumq; glorificant, 1. Maccab. 4: v. 24. & 5: v. 54. Sed quod DEus Juda ut organo suo fuerit usus, per quem auxilium præstitit Israeli, Conf. Judic. 15: v. 18. id n. non per quemlibet egit, NB. 1. Macc. 5: v. 61, 62. Per Judam v. hoc sæpius feliciter perfecit: Israeli quippe contigit, Maccabæo pugnante, *salus & liberatio*, Cum post devictum Apollonium, C. 3: v. 11, 12. superavit Seronis exercitum, C. 3: v. 23. nec non Gorgia, C. 4: v. 14. & copias Lysie v. 34. vicit quoq; *insensos vicinos* plures, C. 5: v. 3-8. *Urbes magnas* expugnavit, C. 5: v. 28, 44, 50. Tot millia ducis Timothei prostravit, C. 5: v. 34, 43. Antiochi Eupatoris Regis exercitum feliciter adoritur, C. 6: v. 42. & Nicanoris magnas copias bis magna strage fudit, C. 7: v. 31, 32, 43-46.

Tantus quoq; apud nos est de Rege Clementissimo & Fortissimo jam amisso mœror; ut si verbis exprimi queat, illa addiscenda nobis forent etiam ab Israelitis suum Chypcum & defensorem lugentibus. Clamabant *Ab!* Ita & nos cum Jeremia Jer. 9: v. 1. & quod hodie iterabimus *Uch mee!* (Thren. 5: v. 16. *Heroa*) Judam suum & potentem celebrant, *Herois* Nomen nulli majori jure tribui potest quam Potentissimo CAROLO XI. Regi super humanam fortem magnanimo: Heroicum traxit sanguinem tot Imperatorum & Regum per multa retro secula, maximis rebus gestis serenissimum. Sed in *Sacra Ejus Majestate Regia* resplenduit, animo in summis periculis plane intrepido, in præliis acerrimis plus

240
25
nis plus quam igneo, in laboribus & curis prorsus indefatigabili: Quotquot in mundo extant historiarum monumenta, in nullo tamen Duce, Principe, Rege vel Imperatore exhibere valent, quod in *Beatiss. Monarcha nostro* celebrare licet, quod nondum exacto anno ætatis suæ vigesimo secundo, ter intra annum unum ipse exercitum ducens, inque prima & difficillima acie semper pugnans, tres insignes reportaverit victorias. Anno 1676. d. 17. Augusti in campis Halmstadinis: eodem anno d. 4. Decembris in agris Lundenibus, Anno 1677: d. 14. Julii prope Landseronam in pratis Sceropenensibus. Plura facta *incomparabilis Herois* narrabunt Annales, & quæ ejus auspiciis & consillis alibi gesta sunt. Sed eheu cecidit Heros! Hæc initium, hic finis est lugubris Threnodiæ hodie inter nos sonantis: *Cecidit qui Israël liberavit & tutatus est*. Vere tutamen & clypeus erat Israëlitis Evangelico-Lutherani. Per totum regnum Sveo-Gothicum, cultum Dei sincerum, & religionem ab omni fermento, toto, quo felicissime imperavit, tempore intemeratam servavit. Cum post obitum *Gloriosiss. memorie Regis CAROLI GUSTAVI*, regnum hæreditario jure devolutum esset ad *Augustiss. jam Beatiss. Regem*, multis hostibus vexabatur Patria; pax v. DEO Clementiss. dirigente sub auspiciis ejus cum omnibus est sancita: Cumque *S. Ejus Majestas* Coronationis Regiæ solennia Upsalix Anno 1675. celebrasset, mox plurimis ac validis impetebatur inimicis. *Sed unctus Domini liberavit, DEO ADSISTENTE*, omnes provincias ab hostium invasione & potentia, quæ magnam illarum partem occupaverat, ac plurib. pacis annis post bellum, quam ante illud beatam reddidit patriam. Quod Israël liberavit & tutatus est, verissime dicitur de *S. Ejus Majestate!* ideo luctus apud nos sit *universalis, diuturnus, acerbus*, ob anticum clypeum nostrum. De *beatiss. REGE* omnia dici possunt, quæ leguntur Syr. 44. v. 23, 3, 4, 5. quæ de Mose dicuntur, cap. 45. v. 1. quæ de Josua, cap. 46. v. 1, 2, 3, 4. de Davide, cap. 47. v. 2, 6, 7, 8. &c.

USUS I, DIDASCALICUS. Cum jam ex dictis patet, quanta orbatum sumus felicitate, per *Regis Augustissimi* obitum, colligimus exinde quam gravia sint peccata nostra, quæ non unam in nos trahunt calamitatem ex justa Dei ira: fame horrenda premimur, sic & Israëlitz tempore illo quo occubuit Judas 1. Macc. 9. v. 24. jam autem postquam alia superveniunt mala, hocque maximum, vere de nobis quod ibi v. 27. en scilicet. *Bedröswelle och J. m. mer at thes löste icke varit hade.*

2. **ELENGHTICUS**, contra murmurantes & temeraria Judicia effu-

241 entēs; agnoscamus Divinam manum nos castigantem & sanctissimam voluntatem ejus ita disponentem; ut in simili nuntio tristi dictam, *Jehovab ipse, quod bonum in oculis ejus, faciet*, 1 Sam. 3: v. 18.

3. *EPANORTHOTICUS*; contra vitia horrenda quæ adhuc inter nos, etiam auctis afflictionibus, non minuuntur, Jer. 5: v. 3. (*hæc, ut alia in usibus indicata, pro mitione cujusvis Ecclesie pio Zelo justa amplificatio- ne tractentur.*)

4. *PÆDEUTICUS*: ad sinceram poenitentiam: *vid. disposit. Ho- milet. ad exequias Sereniss. & Beatiss. Regine ULRICÆ ELEONORÆ memb. I, N. 3. c.*

5. *CONSOLATORIUS*: præterquam quod Rex Optimus CAROLUS XI, habeat Sereniss. Regii Ibroni heredem, Regem nostrum Clementiss. CAROLUM XII. etiam multis modis prudentissime cuncta ipse ordinavit ante complures annos, quomodo existente hoc funesto casu, omnia rite administrarentur: Vires de cætero ac nervi imperii gerendi, longe meliori in statu sunt per felicissimam *Optimi Regis* curam, quam erant prius; id a. summum ac principale est consolationis argumentum, quod DEUS sit & maneat noster ac totius patriæ nostræ Protector perpetuus & Clypeus inconcussus, Psal. 3: v. 3. & 84: v. 12. O si infucata poenitentia ad illum confugiamus, Prov. 18: v. 10. Est enim scutum iustorum, Psal. 5: v. 12. corde rectorum Psal. 7: v. 11. in eum confidentium Psal. 18: v. 3, 31, & 33: v. 20. & 115: v. 9, 10. *Integre ambulantium* Prov. 2: v. 7. Voveamus itaq; pro toto orbe Christiano, Psal. 84: v. 10. & pro nobis, 1. Reg. 8: v. 57, 58.

Concio II.

Parast. 2. Chron. 35: v. 25. describitur acerbus planctus ob mortem Regis Josiaz, susus. (α) *Ab omnibus in universum: Hela Juda och Jerusalem sörge: totus Juda: h. e. omnes qui addicti erant regno Judaico, hwar Man i Juda/ alt Folket/ små och stora/ C. 34: v. 30. Nominis Jerusalem intelliguntur alla Jerusalem's Inbyggare/ C. 34: v. 32. sörge interno simul & externo luctu; Deut. 34: v. 8. huc referunt nonnulli Zach. 12: v. 11, 12. (β) Sigillarim à Jeremia: Peculiariter commemoratur Jeremias, qui tunc gratia Θεοπρονοιας inter illos agebatur, 2. Pet. 1: v. 21. ut inde colligatur, quantum damnatum mors Jo-*
hæ at-

242
245
sua attulerit regno Judaico, cum & illa deploraretur à Jeremia. *Jam-
rade* sig. Hebr. *Et lamentatus est Jeremias super Josia*, idem verbum
2. Sam. II v. 17. composuit threnodiam, ostendendo quam miserabilis
Judæ status per illum casum factus fuerit, quam necessaria esset vera
penitentia, qua ad DEI misericordiam confugerent, ac vitam suam e-
mendarent; Id enim egit de cætero Jeremias, in omnibus suis concio-
nibus, (*γ*) *Iteratis cantorum & cantatricum threnis*. *Ålla Sångare och*
Sångerskor: In cultum ad templum constituti a Davide erant *Canto-
res*, 1. Chron. 7: (al. 6.) 31, 32. 2. Chron. 35: v. 15. de quibus alibi sæ-
pius; de *Cantatricibus* habetur Efr. 2: v. 65, (al. 66.) Nehem. 7: v. 67.
hæ tamen non in templo officia functæ sunt: quamquam Hemanis in-
ter cantores sacros primarii, filia, simul cum filiis commemorantur,
1. Chron. 25: (al. 25.) v. 5. sed in solenni luctu, & publicis privatisq;
gaudiis earum vox audiebatur, 2. Sam. 19: v. 35. Eccles. 2: v. 8. data æ-
rant tam faminis quam viris lugubria carmina, quæ *statis temporibus*
longo tempore cantabant, id n. volunt verba est in sil thenna Dag/ hæ
e. etiam tunc cum hic liber post captivitatem Babylonicam scriberetur,
2. Chron. 36: v. 23. *Dh giorde en Sedwånio* / c. Hebr. *& dederunt illæ*
scil. *lamenta in statutum Israeli*; cantabant annuatim certis ac stasis die-
bus carmen istud exequiale, juxta numeros lugubres in honorem Josiæ,
utq; alios in pietatem & aliarum virtutum Josiæ imitationem excitarent:
Eccles. 12: v. 6. Jerem. 9: v. 17, 20, 21. qui honos non obtigit filiis Josiæ
Jerem. 22: v. 18. Verum repetita memoria Josiæ erat instar suavis odoris
& mellis, Syr. 49: v. 1, 2. (*δ*) *Scriptis deniq; posteritati commendatus*,
Sij thet ær skrifwit / Hebr. *Et ecce scripta sunt in lamentationibus*. Sunt
non pauci e veteribus, qui *Threnos Jeremia* libro ejus Prophetico in sa-
cro codice subjunctos, hic intelligi volunt (*vid. Sanctius ad 2. Reg 23:*
v. 29.) Verum res ipsa docet, plura & alia continere threnos illos Bibli-
cos; ad Josiam a. quodammodo applicari posse, Thren. 4: v. 20. sed
accommodatius textum nostrum: Thren. 5: v. 16. nam in obitu Josiæ
initium erat calamitatum Threnis illis descriptarum, Syr. 49: v. 1.

Quemadmodum cum *Josia* propter Pietatem & alias virtutes exacte
conferri potest *Beatiss. Rex CAROLUS XI.* cum viveret *Sveecorum,*
Gotthorum, Wandalarumq; *Rex potentiss. Clementissimus, Magnus*
Dux Finlandia, &c. (*Recitetur integer titulus regius*) Ita decet &
nos tam acerbo & solenni luctu *Ejus* obitum deplorare: Jam in prima
adolescencia sua, quaerivit *Josias* Dominum *DEUM* Patrum suorum, 2.

184
943
Chron. 34: v. 3. *Sereniff.* Rex CAROLUS XI. regni purè Evangelici Rex hereditarius, anno ætatis suæ quinto & se & illud addidit veri Dei cultui, hinc sub *Ejus* imperio anno 1662. & seqq. variis edictis regiis, una vera religio in patria firmata est, ac Rex ipse in illa a primis suis annis ple ac sincere DEum coluit. *Josias* insigni Zelo idololatriam & quicquid Deo adversum erat, extirpavit, 2. Chron. 34: v. 4. seqq. Syr. 49: v. 3, 4. *Potentiss.* Rex CAROLUS XI. Divino Zelo ex omnibus regni sui ditionibus exclusam voluit omnem falsarum religionum cultum publicum, & quicquid apud Evangelii Confessores S. *Ejus Majestati* subditos, in religionis exercitio & vita non cum verbo Dei congruebat, severis edictis prohibuit. *Josias* de Templo Jerosolymitano ejusque reparatione valde erat sollicitus 2. Chron. 34. v. 8. seqq. *Piissimus* Rex CAROLUS XI, non tantum de ædificiis sacris in patria & extraliam, in usum Evangelii de novo extruendis vel restaurandis, curam plane regiam habuit, inde intra arcem Holmensem sumptibus maximis templum, in quo Deum devote colebat, renovavit. Sed &, quod magis est, rerum omnium, quæ in Dei gloriam vergere poterant, sollicitudine perpetua tenebatur. Regia pietate non minus quam auctoritate, *Ordinantiæ Ecclesiasticæ* sancivit; librum *agenda sacra* continentem (Handboosten) revideri, & augeri curavit. Ac utrumq; sumtuoso dono, per totum regnum distribuit. *Hymnorum Ecclesiasticorum librum* incomparabili Zelo & sumtu ante beatiss. obitum emendatum edi curavit. *Josias* singulari affectu commovebatur ad visum & auditum libri legis, 2. Reg. 22. v. 8. seqq. Regum Optimus CAROLUS XI, travissimo Dei timore verbum ejus amavit, & de versionum S. Codicis emendata editione, deq; verbi Divini intellectu per additas notas & explicationes, facilius hauriendo, Deo gratissimum fovit desiderium. Quod quo minus effectum nobis daret, nihil a parte sua Regia Clementia & cura deesse voluit. Imo Fennica Biblia, quoad interpretationem insigniter emendata, jam auspiciis ac impensis Regiis ante XII. annos nobis dedit. *Josias* Divino Zelo publicam indixit toti regno suo poenitentialem solennitatem, 2. Chron. 34: v. 29. seqq. Augustiss. Rex CAROLUS XI, per 37. annos monitis & mandatis sanctis, a tot myriadibus subditorum suorum exegit poenitentiam, ordinatis solennibus in id diebus, eosque auxit. (*de quo in dedicat. & præfat. ad Fascic. Discos. Homilet. edit. Aboæ Anno 1603.*) *Josias* Festum Paschale, quod erat memoriale liberationis Israëlita Exod. 12: v. 27. &c.

1452

máxima solemnitate peregit, 2. Chron. 34: v. 18. Gloriosiss. memoriae Rex CAROLUS XI. Festa Christiana & tempora in orbe Evangelico sacra, sanctione Ecclesiastica firmavit, & Regio exemplo servanda commendavit; ac vehementi veritatis Evangelicæ amore excitatus, felicissimè a tyrannide & fraudibus Pontificiorum liberatæ Patriæ memoriam, *Jubilee* solemnitate prorsus augusta Anno 1693. celebravit: Nec est quod impij veritatis hostes dicant, non placuisse rem illam Deo, cum & ille & sequentes anni tristes nobis fuerint; nam ad satanicas ejusmodi διαβολας retundendas facit, quod Spiritus S. narratione de Paschate à Josia in Dei gloriam celebrato, immediate subjungat tristis ejus obitus historiam, 2. Chron. 34: v. 19. & si quis attente, 2. Reg. 22: v. 25, 26, 27. legerit, deprehendet, v. 25. contineri etiam elogium Regis incomparabilis CAROLI XI. sed v. 26, 27. tremenda & imperscrutabilia Dei judicia nobis ob oculos poni. Et ut hanc comparisonem summam instituiamus; dicimus Josie laudem, 2. Reg. 22: v. 3. 2. Chron. 34: v. 3. per omnia quadrare in Regem Maximum CAROLUM XI. Extollitur Trias Regum Judaicorum, Syr. 49. v. 5. ita & nos fateamur hocce seculum tribus magnis Suecia Regibus, GUSTAVO ADOLPHO, CAROLO GUSTAVO, CAROLO XI. maxime esse illustratum: Exigit a. pietas in Tantum, & de nobis, Patria, & toto orbe Christiano optime meritum Regem, ut illum universi lugeamus. Et quemadmodum Jeremias lamentationes in honorem & memoriam Josie composuit, ita ex illis S. codice servatis, quæ mala per Josie obitum exorta plangunt, textum ordinatum poenitenti ac lugubri animo consideremus: (*fiat preparat. ad preces.*)

TEXTUS Threnor. V: v. 15, 16, 17.

Exord. Hiob. 19: v. 9. gravissimæ sunt Hiobi querelæ C. 19: v. 1. seqq. ubi notandum quod pars prima v. 6. In versionibus receptis dure sonet; & ita sit reddenda: *Cognoscite queso, quod DEUS subverterit, (vel curvaverit) me, ut rectius in recent. Fennic. redditum est; In v. 9. duabus similitudinibus afflictionem suam describit (a) Non habiverunt mihi mina Thyro; quemadmodum hactenus circumdatus eram opibus, splendido vestitu, & omnigeno in vitæ usum apparatu, Hiob. 1: v. 1, 2. ita jam totus nudus sum, omnibus meis bonis exutus; Hiob. 1: v. 21. (B) Non taceat Cronona af mitt Husvud/ violenta & immiti quasi dejectione, splendorem, dignitatem & existimationem meam removit: Plures dignitatis, sive gradus, sive partes, sub nomine Corona, ajunt se*

possiderē Judaei p̄a aliis gentibus: scil. *Coronam Sacerdotii*, Aarōni & ejus posteris collati; *Coronam Regni*, Davidi & ejus prosapiae dati: *Coronam Legis*, cujus quilibet Israelitarum erat particeps: Quae à R. Simeon in *Pirke Avot* additur, priores transcendens *Corona Fame*, eam tamen non pro quarta habet, sed quod sit necessaria conditio indivulsi cum caeteris cohaerens, (vid. Schichard, de jur. Reg. pag. 2. & 224. seqq.) Omni itaq; dignitate se privatam conqueritur Hiobus, cum *avulsam* dicit *capiti suo*, *coronam*, conf. Hiob. 19: v. 14--19.

Commendatum nobis est Hiobi exemplum in patientiam, Jac. 5: v. 11. proinde hisce ejus verbis nostram miseriam describamus, Gloriam h. e. abundantiam rerum omnium ad victum necessariorum prius concesserat DEus benignissimus, sed exuerat illam, gravissimam hisce teris induens famem, ut de Christianorum multis, si in vivis sunt, dicatur ex Thren. 1: v. 11. & 4: v. 8. Qui a. magno numero vita decesserunt fame consumti, experti sunt quod sequitur v. 9. Et super hoc malum, *Coronam capite nostro avulsit*, per beatiss. quidem, sed nobis tristissimam mortem, ad caelestia transferendo *Regem nostrum clementissimum, exoptatissimum*: Ideoq; jam nobis convenit poenitenti ac tristi corde,

Funestissimum septentrionis Casum, lamentatione sacra deplorare.

Votum Psal. 60: v. 3, 4, 7. & 80: v. 20.

Quamquam sunt, qui de Rege Zedekia Textum nostrum exponunt, sicut Thren. 4: v. 10. rectissime ad illum applicatur, non male tamen verba haecce Vinarienses Theologi in Bibl. Norinberg. ad 2. Chron: 35: v. 25, de Josia intelligunt. Ac ut in Paral. *Regem Beatissimum* cum Josia contulimus, proinde funestiss. mortis casum in septentrione, planctu religioso deploraturi: consideremus,

I. *Ipsum Casum funestissimum*: Appellamus *Casum*; Propheta praecunte dicendo; *cecidit*, & quidem non res exigua, Matth. 10: v. 29. Sed *Corona*, res pretiosissima, Psal. 21: v. 4. eaq; non de manu, qua à quolibet teneri potest, sed de *Capite*: Quod summo cum honore ornat, Ezek. 16: v. 12. *Coronam* v. amoveri, vel tolli, vel simili casu amitti, dicit Scriptura, cum gravissimum inferitur malum: Sic Jer. 13: v. 18. *descendit principatus vester, Corona gloria vestra*, Ezek. 21: v. 26, 27. *Remove cidarim, & tolle Coronam*, Psal. 89: v. 40. *profanasti in terra coronam ejus*; haec &

145
F. 10
200

hæc & dicta alia ostendunt *tristissimum casum* indigitari verbis istis, *cecidit Corona capitis nostri*. Ac ut animum Prophetæ intendebat primo ad mortem Josiæ 2. Chron. 35: v. 23, 24. quam volebat, ut faucibus corde contemplarentur omnes Judæi, ita sentirent illo jam mortuo aliam esse capiti eorum coronam: *Coronam scilicet regni. Reges Judæi defecerunt, dedit Deus Coronam eorum aliis, & gloriam eorum genti alienæ*: Ut mox post Josiæ laudes, dicitur Syr. 49: v. 7. Potestatem quippe Regiam ademit Iohabab Rex Ægypti, 2. Reg. 23: v. 33 Jojakimo v. & postea Zedekia Rex Babyloniarum, 2. Reg. 24: v. 1, 12, 17. & 25: v. 6, 7. &c. *Corona Sacerdotii* erat ablata, templo exusto, 2. Reg. 25: v. 8, 9. & primariis sacerdotibus trucidatis v. 18--21. *Corona legis* erat profanata, nam horrendis vitis legem moralem ipsi violarunt, 2. Chron. 36: v. 15, 16. &c. leges v. forensis & ceremonialis, in eversa politia, & dispersa Ecclesia, locum habere non poterant. *Corona gaudii* evanuit, Esaj. 24: v. 11. Joël. 1. v. 16. *Corona bonæ fame* mutata fuit in convitium & opprobrium, 1. Reg. 9: v. 8, 9. Jer. 22: v. 8, 9. &c.

Totius regni Sveo-Gothici *Augustissima Corona* erat *Potentissimus Rex CAROLUS XI*. Verum! *Eheu cecidit Corona capitis nostri!* Est tamen & erit Rex jam *Beatissimus Corona gloriosa in manu Domini, & diadema regni in manu Dei nostri*, Esaj. 62: v. 3. Fuit Rex *CAROLUS XI*, *Corona regni sui, auctoritate & potestate regia*, 2. Reg. 11: v. 12. *Avita tenentem regna, Regem Potentissimum, a Deo nobis in caput & defensionem datum*, intima gratiarum actione, devotissime precibus solennibus quotidie agnovimus. Fuit *REX Augustissimus CAROLUS XI*. *Corona regni sui, gloria & splendore regio*, Prov. 4: v. 9. Ea quippe Majestate & laude circumfusus erat, ut propter tanti Regis prudentiss. consilia, & acta plus quam Heroica, illo imperante omnes, etiam inimici, dicerent, *Sveciam fuisse coronatam* longe excellentius, quam fuit olim Tyrus, Esaj. 23: v. 8. Erat *gloriosissima memoria Rex CAROLUS XI*. *Corona omnium regiarum virtutum*, in regno suo, imo in toto mundo *lucidissima*: Quis enim alius in tanto Majestatis fastigio, per totum orbem, tot & tam illustres virtutis radios spargit? Illi a. junctim ab *incomparabili Monarcha*, ut radii a sole diffundebantur. Inter signa cœlestia eminet *Corona Borealis Ariadne*, cujus illud *eternum decus* est, quod quæ sub sole sunt Coronæ, non sunt ut illa duraturæ: ascendebat illa nobis ad *punctum verticale*, sub hora mortis *Beatiss. Regis*, inter 9. & 10. ve-

- spectat.

947.
Spertinam die 9. Aprilis, significans quod *virtutum Corona*, quam in *Augustiss.* REGE conspiciebamus, nullo ævo terminetur (vide Picinel Mund. Symb. L. I. n. 396 -) Quodque jam ex hac mortalitate ad cœlestia tendens REX *Piissimus*, consequeretur super omnes coronas visibiles Coronam *vite* Apoc. 2: v. 10. *justitia*, 2. Tim. 4: v. 8. *gloria pulcherrimam* Sap. 9: v. 17. *immarcessibilem*, 1. Pet. 5: v. 4. *inamissibilem*, Apoc. 3: v. 11. Coruscat illa *Borealis* octo stellis insignis magnitudinis; ita inter multas REGIS *Maximi* virtutes, octo illustres plane contemplari liceret, qui octonarius, etiam in virtutum serie sacra notabilis est, Matth. 9: v. 3-10. 2. Pet. 1: v. 5, 6, 7. Cum v. longe plures in *Sereniss. Rege* resplenderent, etiam ultra numerum illarum stellarum quibus emicuit corona Apocalypctica, Apoc. 12: v. 1. retinemus illam XI, qui in nomine *Sacre Ejus Majestatis* summe memorabilis est; ac deprehendemus, ut ille *undenarius* est *impar*, etiam felici virtutum concentu, *incomparabilem* fuisse *Septentrionis Monarcham* CAROLUM XI. Caterarum virtutum & omnis felicitatis origo, & ideo inter illas *prima*, fuit *Pietas in DEum infusa*: Hic radius ardentissimus emicuit in *Corona septentrionali*, quam lugemus. Hanc non solum publice monstrabat; cunctis diebus sacris, quibus mox ab initio cultus Divini in Templo adfuit, quorum quoq; per integrum annum non pauci, sed XC. circiter in patria celebrantur, binas semper, aliquando tres; etiam stas hebdomadales, devote audiendo conciones: Sed & singulis matutinis ac vespertinis horis, ram in præsentia multorum, orationes consuetas prælegente ministro pulico sacro, quam in regio conclavi devotione intima cor suum coram Deo *in genua* se demittens effundebat; amavit quippe & mandato injunxit Rex *Augustiss.* hunc in oratione gestum, de quo. Psal. 95: v. 6. Esa. 45: v. 23, 24. Phil. 2: v. 10. cujus nec Salomonem pudebat in oratione Templi inaugurali, 2. Chron. 6: v. 13. nec illum dedignatus est *Christus*, Rex Regum, Luc. 22: v. 41. Quanta fuerit *Regis Fortissimi* in aggrediendis actionibus & periculis gravissimis, inq; deliberationibus difficillimis, in DEum fiducia piis verbis & suspiriis se exerens, cum admiratione loquuntur, quibus datum erat præsentibus summum hoc in terris intueri pietatis exemplum. *Alter* virtutis radius, quo sublata nobis *Corona* fulgebat, erat *Zelus ferventissimus* pro Dei gloria, in quo certe nulli *Monarcharum* cedere voluit. *Divini* hujus ignis effecta,

Sacra Ejus Majestatis jam supra aliqua in comparatione cum Rege Josia audivimus; Verum longe plura addi possunt. Unice veram religionem Evangelico-Lutheranam tantum publice exerceri, illam propagari, conservari, recte usurpari, desiderium fuit cordis Regii Deo ualidissimi. In hunc finem Academias veteres salariis & Immunitatibus suis frui iussit, aliasq; magno sumtu regio vel restauravit, ut Dorpatensem in Livonia, vel de novo erexit, ut Lundensem in Scania. Utq; in illis Sanæ Theologiæ tradendæ viri idonei semper essent, sumtibus extraordinariis & magnis plurimum conatus iuvit clementissime. Gymnasia, Scholas Triviales, pædagogia nova erexit, non pauca vetera auctis stipendiis recreavit. Sic, juxta multiplicem ex illis patriæ usum, imprimis voluit ea esse seminaria sacri Ministerii, ut hoc in toto *S. R. Majestatis* regno esset copiosum, ex dictamine Regis & Prophetæ, Psal. 68. v. 12. multisq; mandatis Regiis ordinavit, quomodo illud eruditione, officii successu ac vitæ innocentiâ, floreret. Proinde quod B. *Ambrosius* ad piæ Cæsarem *Theodosium* perscripsit votive; *Diligat te Dominus, quia Tu Domini servos diligis.* Id nos assertive dicimus, & innumeris gratiæ Divinæ documentis damus comprobatum de Rege vere *Augusto CAROLO XI.* *Dilexit illum Dominus, quia Ipse Domini servos dilexit;* Sed & ob illum in Dei servos amorem, pro *Majestatis Ejus* domo Regia *Serenissima, & Augustissima posteritate,* vota faciamus; ex Psal. 132. v. 18. *Inimicos ejus induat Deus pudorem: Et super eam floreat Corona ejus! Tertius Corona Augusta* radius vehementiss. erat *Amor in populum suum;* Sol enim (parvis undiquaq; radiis, splendidissimam exhibet coronam. Gloriosum *GUSTAVI ADOLPHI* veneranda recordationis Regis, pro Evangelii defensione factum designabant emblemate pelicani in salutem pullorum pectus suum lancinantis. Quod & ad alios imperantes vel ab ipsis, vel ab aliis translatum est, (vid. *Picinel Mund.* S. Lib. 4. cap. 52.) De *CAROLO XI.* gloriosissima antea quidem commemorata, sed nunquam satis laudata *Majestatis Ejus* gesta, testantur eum populi sui fuisse amantissimum. Quid enim annum vigesimum agentem In apertissima vitæ & salutis pericula coniecisset, si non amor populi, cujus ipse caput erat coronatum? In Apotheosin *REGIS CAROLI,* quem sanctum appellant Pontificii, statuerunt emblemata istud pelicani cum lemmate, *Quid non cogit amor?* Innuebant eum assiduis laboribus evisceratum, vitam & alimoniam subditis suis instillasse. Certe id longe verius *in mortalis nominis* Regi *CAROLI XI.* competit; qui in tot maximis præliis vitam pro nobis obtulit,

949
ae ad extremum vitæ halitum curis imperii sese fatigando, vires ex-
hausit; & in miserarum terrarum levamen necessaria quævis conferre al-
laboravit. Nec ullum factum *Tanti Regis* nominari potest, quod non
ex amore populi profectum sit. Huic virtuti proximus est, *quartus* Ma-
ximæ *Coronæ* radius *Clementiæ*; Requirit Seneca in imperante, ut sit
beneficum sidus; Salomon, inter columnas imperii clementiam ponit, Prov.
20: v. 28. conf. Luc. 22: v. 25. Vere titulum *clementissimi*, quo celebraban-
tur Reges Israëlitici 1. Reg. 20: v. 31. promeritus est Rex CAROLUS
XI. In laudem *Clementiæ Majestatis Ejus*, faciunt quæ supra commemo-
ravimus de liberali Regiorum sumtuum impensa in usus Ecclesiasti-
cos. De cætero annua multorum millium argenteorum distributio facta,
in Virorum vel sine ordinario salario viventium, vel emeritorum, item
viduarum & orphanorum sustentationem; Expensa non exigua facta in
illustrium ac clarorum virorum humationes. Publica per totum regnum
in omnibus provinciis *πρωτολογοφεία*, (*Riggrunds-Huus/ Wårnhuus/ Ho-
spitater &c.*) Regia elemosyna abundantia gaudent, illamque REX
clementissimus sine ulla diminutione servatam voluit; imo eandem ad-
auxit. In urbibus ferè cunctis sunt Xenodochia, civium cura sustenta-
ta, quibus sub prioribus Regibus nihil à publicis redditibus datum, illis
tamen Rex CAROLUS XI. e regis granariis ac arariis insignem
frumenti & pecuniarum numerum annuatim adscribi clementissime vo-
luit. Quam Paterna misericordia sub fame laborantibus magna fru-
menti copia subvenerat? Unde & multi adhuc vivunt. Et quamdiu in-
geniis subditis manet *Maximi Regis* memoria, quæ utique non potest
non esse perpetua, fateantur quoque nullum inter se ordinem vel statum
esse, qui non expertus sit *benignissimi* CAROLI XI. gratiam, ean-
demq; plurimis sigillatim obtigisse ultra spes suas magnam. Et hoc incompa-
rabili *clementiæ desideratissimi Regis* tribuendum, quod sævitate adspectus,
nec non sermonis & colloquiorum affabilitate, omnes clementissime re-
creaverit; Etiam inferioris conditionis subditi de hac felicitate letaban-
tur, quod ad Dei in terris Vicarium supplices admissi, *luce facierum*
Majestatis Ejus quasi vivificarentur, ac *benevolentia* Propensissimi Re-
gis refocillarentur, *tanquam rore matutino & pluvia serotina* Prov. 16: v.
15. & 19: v. 12. Quintum se offert radius *Coronæ* Augustæ, *Justitia*
CAROLI XI. Est & illa imperiorum basis, Prov. 16: v. 12. Certe,
ut erat *Majestas Ejus* Divinæ proxima, ita hac virtute Regia DEO in
terris erat simillima. Id toti mundo constat ex tot edictis & tot Co-
mitione-

145
950

meliorum decretis, ex tot sententiis, in summo Senatu Regio latis, ex tot statutis & resolutionibus, ac tot ad suprema judicia rescriptis. Omnia sive suprema sive inferiora judicia iusta auctoritate munivit, & illis viros optimos praefecit; fuitq; circa sententias ferendas *Rex Justissimus* adeo sollicitus, ut plures dies in unius causae accurato scrutinio consumeret, & saepe vergente die demum, *non mane* cibum caperet, Eccles. 10: v. 16. Nec res ulla regium animum magis sollicitum reddere potuit, quam quod suspicaretur, vel litigantium artibus vel aliorum narrationibus iustitiam causae perverti, vel à regio *Sue Majestatis* iudicio occultari posse. Ex sancto illo iustitiae amore, natum quoq; institutum e- dendi totum codicem legum Sveticarum planum, ac in hac cura *Justinianum I. Imperatorem*, ipse laborando supergressus est *Beatiss. Rex*. In his jam emicuit *Sextus* excelsae *Corona* radius, inter X. medius, *summa regnandi industria*: Quae unquam vel S. Scripturae sive dicta sive exempla, vel ex scriptoribus aliis, politicae prudentiae regulae in Rege optimo requirunt, id perfectissimo exercitio monstravit imperando *CAROLUS XI*, Omnium civium ac subditorum animos sibi devinxit. Matura in rebus omnibus fovit consilia. Reditus *Coronae*, auctos & inviolabiles fecit. Exercitum equestrem & pedestrem maximis sumptibus, curis, laboribus, copiosum, exercitatum, robustum & constantem reddidit. Classem navalem infinita sollicitudine ac nummorum copia restauravit valentemq; effecit. Arces & fortalitia limitum, regni munimenta valida praestitit. Circa apparatus pyrobolicum, artem fortificatoriam, aliaq; similia, nec sumptibus, nec curis pepercit. Et quicquid unquam in regni defensionem necessarium erat, exactissime perfici voluit. Sed nec internum regni ac subditorum emolumentum neglectum est, metallorum fodinae & officinae curabantur, navigationes ad maxime distitas terras reddidit liberas, artes manuaris privilegiis ornavit; ac quae ulla ratione terrae marisq; oeconomice patriae usum augere poterant, Regia auctoritate & perspicacia clementissime promovit, ut, si ad terrestrem Regem refertur dictum Salomonis, Eccles. 1: v. 8. *Beatiss. Regi* plenissime competat. *Septimus* enitescit fulgidae *corona* radius *Constans pacis amor*: DEO n. pacis, gratissimus *Rex*, quamquam in bello admirabiliter strenuus fuit ac felix, pacem tamen servavit religiola foederum & pactorum observatione. Et, cum pro ea qua versantur res mundanae lubricitate, non iniusta ad bella fuerit quandoque occasio sive causa, illam prudentissime *Rex optimus* contempsit, sic adgubernante postmodum Divina benignitate, ut tam sanctum *Augustiss. Regis* consilium,

223
Illi plus gloriæ & gaudii attulerit: Hoc Divinæ voluntatis consors in *Tanto*
Rege donum, istud apud alias Potestates in Europa Summas, produxit desiderium, ut à *Regia ejus Majestate* inter se obortas lites componi optarent, quod ut in gloriam & utrum regni sui ex voto antea præstitit, ita huic sedandorum bellorum, quibus universus fere orbis Christianus commotus est, reducendaq; pacis studio, quasi immoriebatur, ad æterna pacis habitacula transiens, *Elai*, 32: v. 17, 18. *Octavum* *Coronæ* Augustæ radium, *Fortitudinem bellicam* plus quam *Heroicam*, jam admirabundi contemplati sumus, in *Conc. I.* ad *I. Maccab. 9: v. 21.* Ac ut hæc vere incomparabilis appareat, id agant qui historias sacras & profanas evolvunt, ut ostendant illam, quam in ducendo exercitu solertiam, in ordinando peritiam, in hostem aggrediendo alacritatem, in pugnando magnanimitatem, in superando constantiâ, & in devictos clementiam adhibuit temper. Fortissimus Heros *CAROLUS XI.* ipse in acie præsens ac Dux summus, in paucis sigillatim, in nullo unquam junctim monstrari posse. *Nonus* se offert valde nitidus sublata *Coronæ* radius *Sophrosyne*, dum nullis inordinatis voluptatibus vel affectibus vinci se passus est *Rex Maximus*: quod ipsum vere magnum est, & in laudem *Sue Majestatis* non est reticendum, *Prov. 16: v. 32. & 31: 3.* sentitque exinde Patria gaudium & utilitatem prægrandem: Divini in *Rege Augustiss.* Spiritus vis, ejusmodi carnales nebulas dispulit, ne splendorem *Majestatis ejus* minuerent. *Decimum* elucescit virtutis jubar, *Vigilantia*, Hæc in *Majestate CAROLI XI.* tanta fuit, quanta in tam sublimes fastigio alias locum non habuit unquam: ideoq; admiranda erat non belli modo tempore, sed & cum per Dei immensam bonitatem pax concessa fuit, non interruptis curis id egit *Rex Maximus*, ut porro frueremur pace semel felicibus *Ejus* auspiciis impetrata. Hæc quoq; tot Regni commoda, quorum partem supra recensuimus, produxit. Qui everit subditi dulci somno per hos imperii *CAROLI XI.* felicissimi annos; in somnes pro iis cum Deo noctes agente Monarcha Vigilantissimo. *Undecimus* nunc collucet *Coronæ* radius, *laborum tolerantia indefatigabilis.* Vigilant multi, sed ludis, aleis, jocis, voluptatibus, &c. Verum *incomparabilis Rex CAROLUS XI.* nec temporis, nec corpori, nec viribus animi vel minimum otii a laboribus concessit. Cunctis ipse se totum tradidit curis, sæpe clementer ad colloquia admisit legatos, sæpius ad suos in exteris mandata perscripsit Rex stupenda sagacitate providus. In Senatu summo, in Collegiis aliis, multas horas civium salutis impendebat. Inauditum summæ clementiæ & indefessæ curæ opus erat, quod præter ea quæ vel Ecclesiæ salus vel regni necessitas utilitasque postular

postulabat, per ministros presentes Regiæ decisioni quotidie submitti, etiam
exceperit humilimas ex toto regno cis- & transmarino Epistolas omnium
quibus aliquid gravis muneris a *S. R. Majestate* commissum erat, &
ad singulas illas promissime, plenissime, benignissime respondit. Et
quoad sub vehementia morbi linguam & manum movere licuit, Mens
divino robore semper vicens, gloriose de civium & regni felicitate solli-
citam se exhibuit. Ita *Corona septentrionis Augusta, Monarcha*
incomparabilis, tot virtutum serenissimos vibrans undiquaque, solis in-
star, radios, patriam illustravit vivus: & cum ob ejus amissionem obstupe-
scimus, quid dicere possumus, quam quod perfectissimæ virtutes jam eam
consecutæ fuerint maturitatem, ut non nisi cœlo capi possent.

USUS. Agnoscamus, quanta Dei sit bonitas, cum tantum Regem
concessit terris, & quanta nostra fuit felicitas, sub Rege Maximo CA-
ROLO XI. Quod Apostolus ut summam omnium desideriorum tradi-
dit, i. Tim. 2: v. 2. id si unquam, sub CAROLO XI. datum fuit,
conf. i. Reg. 4: v. 25. Esa. 65: v. 21, 22. Mich. 4: v. 4. Zach. 3: v. 10. Sub a-
mœna florentissimæ Coronæ umbra, jucunde habitavimus, Dan. 4: v. 8, 9.
Celebremus DEum Ter Opt. Maximum, qui tanta Dona & virtutes Re-
gi incomparabili concesserit, quod per tot annos felices illum Patrem
Patriæ servaverit, quod tot & tanta per Ejus Majestatem in Sveciæ &
totius Orbis Christiani, salutem egerit. Oremus indefinenter pro Sere-
niss. ac Augustiss. Rege CAROLO XII, Rege nostro Clementissimo,
ut sub umbra Majestatis Ejus, in pace & prosperitate longo tempore
vivamus, Bar. 1: v. 11, 12.

II. *Funeatissimi Casus veram Causam*, Ita docente Propheta exclamabat
populus: Ach wee at neij ja syndae hofwa ululatum rhythmicè sonare voluerunt

בְּפֶלֶא יַעֲרִית רֵאשֵׁנו
אִי-בֵּא לָנוּ כִּי הַטָּנָנוּ

Non cœca inculant fata, non DEum immitem clamant, sed verum
inducunt hujus damni fontem. Thren. 3: v. 39, 40, 41, 42. Conf. Prov. 28:
v. 2. Cum jam casum nobis tristissimum lugemus, causam tanti mali in
nobis & peccatis nostris quæramus, Esaj. 59: 12. Jer. 30: 14, 15. in quibusdam
haud pauci nostri temporis homines, Judæis pejores sunt: Conf. Ezek 16:
51, 52. (Hæc pro ratione cujusvis Ecclesiæ & virtutum illam corruptentium,
gravis instituat ad ingenuam peccatorum agnitionem & evita-
tionem, e. g. solida in res vanas confidentia, nimius amor sui, pejeratio-
nes, Sabbathi violatio, alogia, durities cordis, rixa, libidines, furta, vio-

93
lentia, &c. Ad quodlibet horum peccatorum & super utrum quemq; in illis impenitentem interminatur justitia Dei horrendum *Vt*, *Esaï. 3. v. 9.* *Ezek. 16. v. 23.* *Matth. 23. v. 13. seqq.* (*vid. Fascic. Dispos. homilet. passim. e. g. Conc. 2. die. 2. 1675. pag. 179. Conc. I. die. 2. Anno 1676. pag. 200. &c. &c.*) Cum sic agnita fuerint peccata, exurgit poenitens damni sensus, *Gen. 42. 21. 2. Cor. 7. 9, 10, 11.* Duræ cervicis homines, de afflictionibus conqueruntur, de poenitentia ne semel quidem cogitant. Clamat Pharaon, ut tollatur ab illo plaga mortifera, *Exod. 10. v. 17.* David a. orat, ut tollantur ab eo peccata *2. Sam. 24. v. 10.* Spectavimus per tot annos Dei iram in aliis, bonitatem in nobis. *Rom. 11. v. 22.* sed sine salutari fructu, quem Deus in nobis producere voluit, *Rom. 2. v. 4, 5.* jam castigationis series ad nos devenit, *Thren. 4. 21.* ut ingeminemus, Ach weel ach weel! *Jer. 4. 13. & 45. 3.* saucio itaq; corde hanc sentiamus plagam; salz quippe, quæ filium vitæ *Exoptatissimi Regis* secuit, omnium nostra corda sauciavit. Inter peccata, quæ hocce malum attraxerunt, non exiguum est, (1.) Quod virtutum exempla *Optimi Regis* non simus secuti. *Syr. 10. v. 2.* Elucebant in *Ejus Majestate* plurima admiranda magis quam imitanda, sed & illa quæ per summum hoc exemplum nobis commendabantur, omisimus; *pietatem* intelligo, *amorem justitiæ, temperantiæ, omnium voluptatis & Fastus contemptum, &c.* eo sic minus in factis contrariis sumus excusabiles, quo evidentius ad vitam meliorem, & divino mandato, & regio exemplo, simul ducebamur. Quod Christus de Ninivitis una *Jonz* denunciatione commotis ait, *Matth. 12. v. 41.* valebit contra nos, qui & longe plura habuimus hactenus Divina monita, & non ut illi semel in suo Rege, *Jon. 3. v. 5, 6.* sed per complures annos emendationis vivum & validissimum exemplum vidimus, & tamen non respicimus. (2.) Quod seriis & toties iteratis *Regiæ Majestatis*, ad sincerum Dei cultum & veram poenitentiam jussis, non obtemperaverimus. Evolvantur edicta de diebus poenitentiae solennibus quotannis edita: Certe post Scripturam Sacram nihil magis efficax in nostram emendationem prostat: Atq; & illa, quasi saltem ex more promulgata, prætermisimus, non cogitantes quod Deus per tam *pium Regem* nos exhortatus est, *Prov. 8. v. 14, 15, 16.* *Ecclesi. 8. v. 2.* Inter novissima divino Zelo pietatem requirit, quod ante biennium datum est pro Anno 1695. Existimavimus, quod cum ex morte *Clementissima Reginae Sereviss. ULRICÆ ELEONORÆ*, & tunc inchoante infructuosa aënis temperie percussi essent animi, illis aculeos aliquos mandatum *Tanti Regis* infigeret. *Act. 2. v. 37.* Verum ne ullum in nobis poenitentiae indicium, nec aliquis *veræ fidelis fructus*, ab illo tempore, aucta licet sit calamitas, regi-

um animum exhilaravit. Illo jam Patria Patre benignissimo amito-
so, mœrenti corde peccata nostra acculemus, Thren. 1: v. 5, 8, 14, 18. &c.

USUS: In mandato regio de solennitate hodierna lugubri, inter alia
hæc ad nos verba Regia maximam requirunt attentionem. *Quis novit?*
Annon Deus Regem Optimum ideo vobis eripuit, ne, qui dum viveret, pietate
& vigilantia cura id egit, ut quodlibet futurum imminensq; periculum & ma-
lum anteverteret, ipse videret ac contemplaretur calamitatem, infortunium
& miseriam, quam forte Deus summus super regnum nostrum & vos omnes
decrevit & paravit! Textus noster cum intuitu ad mortem Josie scriptus
est, ut prius probavimus, illi a. cum sancto pavore percelleretur minis le-
gis, hoc datum est jussu Dei solamen: *Quia emollitum est cor tuum, &*
humiliasti te coram me, ecce colligam te, & non videbunt oculi tui omne
malum, quod ego adduco contra locum istum, & contra habitatores ejus
&c. 2. Chron. 34: v. 24.-28. quod mox a morte ejus accidisse, patet ex 2.
Chron. 36: haud raro post tanta furera subsequuntur mala plura, conf.
Judic. 2: v. 8, 14. 2. Chron. 21: v. 1, 8, 16. &c. Unde post hanc cladem,
non sine causa timeamus adventus nos esse Dei manum extensam: Esa.
9: v. 12. *seqq.* Itaq; ex iis, quæ magno cum pondere inferuntur eidem edi-
cto, excitetur ad sinceram poenitentiam, ut avertat DEUS a nobis iram
suam Exod. 32: v. 12. Pl. 85: v. 2. *seqq.* NB. Jer. 18: v. 11. Zeph. 2: v. 1, 2, 3. Luc. 13:
v. 3, 5. &c. Conf. Conc. ad hæc loca in Fascic. Homilet. pag. 101. 397. 419. 558. &c.

III. *Funebstissimi casus deplorationem.* Describitur dolor, (1)
à sensu interno: v. 5. *Wår hiertas Glæde hafv: r en ånda.* Exultant
corda civium, cum Clementem conspiciunt Regem, illo a. crepto, anxii
ea fauciatâ esse clamant. Est gaudium cordis jucundissimum Syr. 30: v.
16. conf. Psal. 63: v. 6. Esa. 66: v. 13, 14. &c. Illud jam defecit Esa. 24: v.
11. Porro de sensu doloris interno v. 17. *Thersföre är wår Hierta bedröf-*
wat. Syr. 25: v. 18. conf. Psal. 55: v. 5. & 109: v. 22. Usurpatur vox *ןןןן*
de *egritudine & languore*, Hiob. 6: v. 7. Psal. 41: v. 4. ac peculiariter cor-
di languescenti tribuitur, Thren. 1: v. 22. Esa. 1: v. 5. Jer. 8: v. 18. (2)
Ab indicis externis, v. 15. *Wår Dims är wånd i Klago-Gråd!* Chorus
hic intelligi potest, & de significatione gaudii spiritualis, Exod. 15: v. 20.
Deut. 16: v. 11, 14. Judic. 2: v. 19. Psal. 42: v. 5. & 68: v. 26 & 81: v. 1, 2.
& de laetitia cujusvis, licite tamen, exercitio, 1. Sam. 18: v. 6, 7. Jer. 31: v.
13. & 33: v. 11. sed locc chori erat fletus & lamentatio, Hiob. 30: v. 31. Esa.
16: v. 10. & 24: v. 8, 9. juxta divinam comminationem Jer. 7: v. 34. &
16: v. 9. & 25: v. 10. Amos 8: v. 10. (3) *Ab oculorum caligine:* *Och wår*
ågon förmodetras! præ copia lacrymarum, Hiob. 17: v. 7. Jer. 9: v. 1. Psal.
31: v. 10. & 88: v. 10. quas in calamitate nostra fudimus, Thren. 1: v. 16.

& 2: v. 11. & 4: v. 48, 49, 51. propter peccatorum nostrorum gravitatem
& multitudinem, Psal. 6: v. 8. & 38: v. 11. & c.

USUS; Quod in suo dolore Israëlitæ questi sunt, id jam merito nostrum hodie facimus: (*Reperantur v. 15: & 17. cum applicatione ad lugentes regni incolas.*) *Regem Maximum, Regem incomparabilem amisimus.* Narrat Eutropius, quod Senatus Romanus cognita morte Titi ad Curiam concurrisset, quasi perpetuo custode orbatum terrarum orbem destitutus, tantasq; mortuo gratias egit laudesq; congestit, quantas ne vivo quidem unquam atq; presenti. Id & nos universi hodie agamus, in honorem *Regis desideratissimi, Avulsa nobis est capitis Corona.* Verum qui fuit hic in regno suo sol splendidus, jam splendet ut sol in regno Patris Coelestis, Matth. 13: v. 43. *In meridie, in media ætate, in florentissima pace, in maximo gloriæ fastigio, Sol noster occidit & tenebra facta in die luminis,* Amos. 8: v. 9. *nunc in aeterna regia, in quam Reges terræ afferant gloriam suam, non egebit solis lumine & regnabit in secula seculorum,* Apoc. 21: v. 25. & 22: v. 4, 5. *Arcticum Sydus nescit occalum, jam Victor gloriosus in templo Dei columna facta est, & non amplius egredietur foras,* Apoc. 3: v. 12, 12. Decedens sol CAROLUS XI. reliquit nobis solem orientem CAROLUM XII. Majestatis, Virtutum Regiarum & Gloriosissimæ Coronæ heredem augustissimum; Subditorum tutamen, Regum ac Principum Christianorum gaudium, Syr. 30: v. 4, 5, 6. Pro Tanto Dei Munere supplicia ad Deum tendant vota nostra: Huc applicatis, 1. Reg. 3: v. 7, 8, 9. Ps. 20: v. 2. seqq. & 61: v. 7, 8. & 72: v. 1. seqq. pro tota domo Regia Sereniss. & pro omnibus patrie incolis, superioribus & inferioribus, vid. Fascic. pag. 154. & 485. &c. O si in hac religiola lamentatione per veram respicientiam propter Dominum Jesum Deum habeamus reconciliatum. Joel. 2: v. 12, 13, 14. Jud. 8: v. 14, 16, 17, ut ipse perpetua nostra Corona, Esa. 28: v. 5. coronet nos gratia, Psal. 103: v. 4. Justitia, Psal. 5: v. 12. gaudio, Syr. 15: v. 6. annum bono suo, Psal. 65: v. 12. concedat è verbo suo solatium, Jer. 15: v. 16. in auxilio suo latitiam, Psal. 97: v. 11. Jer. 31: v. 15. & in successu illum celebrandi studium, Psal. 30: v. 11, 12. Conclus. è Psal. 28: v. 6, 7, 8, 9.

Concio III.

TEXTUS. Psal. 80: v. 15, 16. *Qui totus est consolatorius, & votivus cum suis Exordiis illustratur in Fascic. Homil. Disposit. Conc. 3. Die 4. 1676. pag. 229. & plenius Conc. 2. Die. 1. 1677. pag. 234.*

SOLI DEO GLORIA,